



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De contritionis veritate aureum opus Fratris Joa[n]nis  
Viualdi de Monte regali. ordinis fratrum predicatoru[m]  
sacre pagine professoris**

**Vivaldus, Joannes Ludovicus**

**[Augsburg], 1518**

**VD16 V 1772**

Nota que sequunt[ur] de Platone.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30734**

ret sublimitate doctrine atq; eminentia scripturar; Isidori. Fuit enim vir in die Nota de  
utinis scripturis eruditissimus: atq; in secularib; litteris disertissimus: inge; meritis  
nisi acutissimus: sensu clarissimus: eloquo suauissimus: et carmine q; psa dignissimi  
ssimus: ac copiosissimus: non minus scriptate q; doctrina insignis. Hic multa p; Isidori.  
clarissima volumina edidit. Nam scripsit aurea commentaria super totum testamentum  
tum vetus et nouum. Et iterum de ortu et obitu sanctorum librum unum. Et ad sororem suam coem  
tra iudeos libros duos. Et soliloquiorum vel synonymorum libros duos. Et de vi  
ris illustribus librum unum. De summo bono libros tres. De origine officiorum lib  
ros duos. De scriptissima trinitate librum unum. De corpori sanguine Christi librum unum.  
De officio missae librum unum. Decretum canonum librum unum. De corpore et natura re  
rum librum unum. De proprietate regis librum unum. Sermonum librum unum. Ecclesiastico  
rum librum unum. Lamentum penitentis librum unum. De astronomia librum unum. Historia  
sue chronicam librum tres. De cosmographia librum unum. De grammatica et vo  
cabulis librum unum. Allegoriarum quoque librum unum. De heresib; librum unum. Epistolarum  
ad diversos librum unum. Differentiarum librum unum. Plura alia scripsit memoratu  
gnissima. Ex quod patet quantum Laurentius valla deliquerit quod tam preciosum mo  
nile ecclesie dei pedibus cōculare presumpsit.

Nota que sequuntur de Platone.

**C**onsequenter Plato pho; p̄nceps q; fertilissime assecutus est doctrinaz  
Socratis preceptoris sui. Et q; omniū mortalium fuit sapiētissim⁹: ut scri  
bit Galerius discipulum quoq; habuit Aristotelem. xxij. annis: ut ait  
Auerrois. Hic Plato super cunctos phos dicit diuinus eo q; totis reassum⁹  
ptis vtrū in rerū diuinarū contemplatione erat eleuatus. Unde Aug. In. vii.  
l. confessionū se legisse in libris platonicorū assert: non quidē his verbis: sed hoc  
idem omnino multis ac multiplicib; rationib;. In principio erat verbū et verbū  
erat apud deū et deus erat verbū. Vide ibi plura admiranda verba de platone  
si visus scribit Aug. quib; datur intelligi quāte sublimitatis ac diuinitatis  
fuerit. Erat plato multa dicit cognouisse de diuinis scripturis: leges libro; ve  
teris testamēti quos inuenit in egypto. Inter cetera vidit librum Genes et expos  
uit aliquid eius. Vide sanctū Tho. In. i. parte. q. lxvij. ar. i. in respōsione ad vī  
timū argumentū. Et iterum in. i. lib. sententiarum dist. iii. ar. liij. Hic igit; talis ac  
ratus phos inuidie stimulos non evasit. Nam feret q; Aristoteles pro merito access  
pre discipline libros eius quos habere potuit cōburi fecit ut validius eum in  
scriptis suis impugnare posset. Idecirco dubito ne in plurib; redarguat eum q;  
forte nec plato dixit nec cogitauit. Potuit enim Aristoteles hoc malū faciliter  
exequi: fultus fauore Alexandri magni q; adolescēs p; q̄nquenū crevit sub dis  
ciplina eius. Unde Justinus abbreviator trogi popei in historia oīm secu  
li. xij. de Alexandro dicit sit. Puer acerrimus litterar; studijs eruditus fuit  
exacta puericia p; q̄nquenū sub Aristotele doctore inclito omniū pho; crea  
uit. Accepit deinde imperio regē se terrarū omniū: ac mundi appellari iussit.  
Tantumq; fiduciam suis militib; fecit ut illo presente nullius hostis arma  
nec inermes timuerint. Itaq; cū nullo hostium vngū cōgressus est quem non  
cerit nullā ob sedis vrbem quam non expugnauerit: nullā gentē adiūt quā non cal  
cauerit. hec Justinus. Pr̄z ex dictis q; plato fuit inuidie persecutus.

Origenes habuit plures emulos.

**T** de phis taceā. Inter doceores catholicos etiā hec putrida tabes in  
uidie lemp; virulēcas produxit radices. Sed videamus de Origenē qn  
tum fuerit dentib; inuidie dilaniatus. Fuit quisque vir maximū ac excel  
lentissimi ingenij: cui nec in sanctitate vite: nec in studio ac eruditione diuisnar;  
scripturarū similis. Inuentus est. Hic vtestas diuus Hieronymus ad pāma  
ebiū et oceanū centū quinquaginta annis ipsum Hieronymū pcessit: natione

Quare  
plato dr  
diuinus.